









1754.

- *
1. Bekermannus, Joh. Siegfriedus: Programm, quo ordinarius senior et reliqui doctores fac. jur. et memoriam Joh. Siegf. D. Bekermannus imitant.
2. Silvestein et Pilschke, Rudolphus Ferdinandus, de: Programm, quo decani universitatis ad memoriam anniversariam Rudolphi Ferdinandi, lib. bar. de Silvestein et Pilschke imitant.
3. Bachius, Fr. Augustus: De jure ad crescenti.
4. Bachius, Fr. Augustus: De causis conjunctis eorumque foro competente.
5. Bauer, Johann Gottfried, fac. jur. procanonellarius: De actore, an et quatenus post ordinationem processus Saxonici Electoralis

recognitam in possessorio Summariorum
remedio gaudet ab suspensio² Programma,
quo Summos in utroque jure honores...
Andreas Sigismundus Greenio... comprehendit
indicit.

6. Besack, Gottlob Christianus: De schole seruosum
libera.

7. Buemer, Georgius Theophilus: De feudis anti-
quis jure novorum et novis jure antiquorum
proceditis.

8. Brose, Ernestus Gallus: De radicem in plantis
ortu et directione.

9. Breuning, Christianus Henricus: De politica P^{ro}ps
Velleiani: de fiduciarione p^{ro}minarum. Program
ma, quod ad orationem auspicalem invitat.

10. Breuning, Christianus Henricus: De conditionibus
principis diversis

1754.

11. Grewius, Augustus Augusti de prohibita praediorum allodialium divisione.
12. Honnellius, Ferdinandus Augustus: De res sub tormentis specialiter non interrogando.
13. Marcorius, Godefridus: Praelexio ad l. de iur. litem, 38 pr. v. de minoribus, praedilectionibus suis aetivis praemissa.
14. Mascovius, Godefridus: De salta Lucadio Praelexio, praedilectionibus suis aetivis praemissa.
15. Mylius, Antonius Henricus: Actarius praecaus in contributiones imperii et saxonicas contra fures et raptores promulgatas.
16. Platnerus, Fredericus: Praelexio, praedilectionibus suis aetivis praemissa.
17. Platnerus, Fredericus: De pactis principum captivorum

1754.

18. Richterius, Jo. Tobias : De obligatione successo-
rum in collegio ex antecessorum factis

19 Rivinus, Johannes Florens, fac. jur. Decanus :
Programma, quo solennia doctoralia Georgii Chri-
stiani Fridrici Wenzelii --- celebranda in Die 25

20 Rivinus, Franciscus Gustavus, fac. jur. procan-
cellarius : Programma, quo summi in utroque
jure honores --- Faculo Francisco Reinhold
--- tribuendos indicit.

21. Sammet, Franc. Gualfridus : Quaestiones forenses

22. Sigel, Joh. Gualfridus : Invalida uxoris promissio
de jurata Icti Vellejani renunciatione. Progra-
ma, quo disputationes in Schuefferi synopsis
juris privati Romani et forensis debendas
indicit.

23. Sigelius, Johannes Gualfridus, fac. jur. procancelarius
De differentia inter feudum hereditarium

Verte!

in feminas transitoriam et foemineam.

Programma, quo summus in utroque iure honores . . . largiendos indicit.

24. Siegel, Joh. Gualter: De jurisdictione metallica

25. Heek, Dr. Christ. Wilh: De interpolatamentis Raymundi de Penna Forti, decretalium Compilatoris commentarialium. Programma, quo prelectiones fructus novis . . . inchoandas indicit.

26. Wenzel, Georgius Christianus Fridericus: De unione ab imperio libera.





183.



8
1754, 21.
EXERCITATIO IVRIDICA
EXHIBENS

P 520.
QVAESTIONES
FORENSES

Q V A M

C O N S E N S V

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

P R A E S I D E

D. IOANNE GOTFRIDO SAMMET.

AD DIEM XIII. MARTII MDCCLIV.

PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI

S V B M I T T E T

R E S P O N D E N S

IOANNES CHRISTOPHORVS PATSCHKE

OBER - WÜNDSCH THVRINGVS.

L I P S I A E
L I T E R I S L A N G E N H E M I A E



EXERCITATIO IURIDICA
GREGORII BOSSII
DE APOSTOLICE
VIOLENTIA
DE HELLORIE
D. N. A. S. T. A. T. U. S.
ILLUSTRISSIMO AC SOVERANISSIMO
GREGORIO BOSSII
P. R. A. E. S. I. D. E.
DOMINUM GREGORII BOSSII
ET ELECTORI SACHONIAE IN CURIA
SACRAE THEOLOGICAE LITURGICAE
PH. DE. FR. A. S. I. D. E.
PROTECTORI GRATISSIMO
DOMINO INDULGENTISSIMO
IOANNI CHRISTOPHO PATSCHKE
O. E. S. A. B. P.
D. N. A. S. T. A. T. U. S.
IOANNI CHRISTOPHO PATSCHKE



PERILLVSTRI.
ET.
GENEROSISSIMO. DOMINO.
DOMINO.
WOLFF. HENRICO.
DE HELLDORFF.

DYNASTAE.
IN.
GROEST. DROSSDORFF. LOENNICHEN.

ET C.
POTENTISSIMO. SARMATARVM. REGI.
ET. ELECTORI. SAXONIAE. IN. CVRIA.
SVPREMA. PROVINCIALI. LIPSIENSI.
VICE - PRAESIDI.

PROTECTORI GRATIOSISSIMO.
DOMINO. INDVLGENTISSIMO.

D. D. D.
SVBIECTISSIMVS. ET. DEVOTISSIMVS. SERVVS. ET. CLIENS.
IOANNES. CHRISTOPHORVS. PATSCHKE.

TO ANNE CHRISTOPH ORNSTADTSCHE
VERLEHNERIN DER DRUCKERKUNST
IN WOLFFENBÜTTEL
DIESE BUCHER SIND
EIGENTUM DER
KONIGLICHEN BIBLIOTHEK
ZU WOLFFENBÜTTEL
UND SIND
NUR FÜR DEN
GEBRAUCH DER
BIBLIOTHEK
BESTIMMT
UND DÜRFEN
NICHT
VERLEHRT
WERDEN
DIESE BUCHER
SIND
EIGENTUM
DER
KONIGLICHEN
BIBLIOTHEK
ZU
WOLFFENBÜTTEL
UND
SIND
NUR
FÜR
DEN
GEBRAUCH
DER
BIBLIOTHEK
BESTIMMT
UND
DÜRFEN
NICHT
VERLEHRT
WERDEN





I.

*An testamentum, seruatis solemnibus loci in quo
conditum, effectum habeat quoad bona extra
territorium sub alio principe sita.*



Titius de bonis suis condit testamentum, non in loco ubi sita sunt, sed in alio territorio, ubi solemnitates aliae vel pauciores in vltimis voluntatibus lege provinciali, consuetudine vel statuto introductae: quaeritur, an hoc testamentum effectum habeat ratione bonorum quae sub alio principe deprehenduntur, de rebus enim quae, ubi testabar, sitae sunt nemo haesitauerit.

I. Praesto est Iac. CUIACIUS^{a)}, qui auctoritate L. 9. C. de testam. vel L. 2. C. quemadm. testam. aper. euinci posse putat, neque ius loci ubi bona sita sunt, neque ubi testamentum factum, sed ius patriae testatoris vnice spectandum videri. Opposuit huic maxime.

II. Ioan. a SANDE^{b)}, neque leges in hanc rem adductas id efficere, communi potius Doctorum quos excitat, et

A 3

quibus

a) CUIACIUS Consultat. forens. XXV. vers. decima quaestio, rursus Obs. Libr. XIV. cap. 22.

b) a SANDE Decis. curiae Fris. Libr. IV. tit. 1. def. 14. in Opp. p. 254.

quibus addere liceat *Ioan. VOETIVM* ^{c)}, *Ant. SCHVLTINGIVM* ^{d)} et *Ioann. Theoph. HEINECCIUM* ^{e)}, calculo et rerum in supremis curiis iudicatarum auctoritate, quas adducit, illam omnino sententiam receptam esse, vt solennitates loci vbi testamentum conditum, effectum etiam habeant quoad bona sita extra territorium. Negat praecipue *Ant. SCHVLTING* ^{f)}, recte probari ex iure ciuili, testamentum fieri posse secundum formam eo loco, vbi fit, obtinentem, idque tacite contra *CVIACIVM*, licet post pro *SANDIO* decidat: et dubitem omnino de *CVIACII* decisione, non enim quaeritur, an testamentum Siculi lege forte Rupilia vel Hieronis in Sicilia conditum quoad bona in Italia forte sita valeat, quamdiu verum fuit, Siciliam et Italiam eadem Maestate regi: quaestio applicatur ad diuersa territoria quibus diuersi imperant, qui et diuersas leges et solennitates, suis quisque subditis et subditorum bonis, praescripserint.

III. *Nic. BVRGVNDVS* ^{g)} et *Paul. CHRISTINAEVUS* ^{h)}, praecunte *Car. MOLINAEO* et aliis, tertiam sententiam amplectuntur et hanc quidem, vt solennia vnice eius loci vbi bona sita sunt, considerata veniant quo testamentum executioni dare queat: vtraque vero opinio suas decidendi rationes suppeditauit. Urget a *SANDE cit. loc.* solennitates afficere vnice dispositionem testamenti, et *incommodum* (sic vero non de iure quaeritur) maxime esse testatori, nisi pro parte testatus pro parte intestatus (hoc axioma valeat in bonis sub eodem principe sitis) decedere velit, si plura testamenta, singula scilicet iuxta solennitates regionis vbi bona sita sunt, relinquere obstrictus esset, (quasi quis hodie duarum ciuitatum subditus esse

c) VOET ad *π. Tit. de Constit. princip. P. 2. de statutis n. 3.*

d) SCHVLTING ad *Vlp. fragm. Tit. XX. §. 14. n. 45.*

e) HEINECCIUS ad *L. §. 500.*

f) SCHVLTING *cit. loc.*

g) BVRGVNDVS *Comment ad Consuetud. Flandr. Tract. VI.*

h) CHRISTINAEVUS ad *LL. et decis. curiae Mechlin. Tit. XVII. n. 10.*

esse nequeat, vt vtraque lege teneatur). *Nic. BVRGVNDVS* contra, et quia solennia qualitates sint *rebus ipsis* impressa, haec igitur non porrigere effectum extra territorium in rebus immobilibus, (addere debebat et mobilibus, ergo et in actionibus realibus et in rem scriptis).

IV. Ego vero hanc quaestionem, vbi LL. Romanae vel deficient, deficere sane potest lex disponens, si peregrinus et non subditus orbi Romano pro eodem habeatur etiam post Caracallam ex mente *SPANHEMII*, vel vbi ius Romanum publicum vel priuatum non quadret, hanc, inquam, visionem omnino ex *Nic. BVRGVNDI* mente decidendam existimem, sed *alijs* insuper et inuictissima alterius scientiae ratione, hanc arripe et viceris si sana vti velis ratione, quaestio haec quanta quanta est, iuris est vniuersalis publici. Omnis potestas legislatoria et iurisdictio, siue in civilibus siue criminalibus, solius est Maiestatis, sed in solos subditos et bona subdita, *licet haec ipsa Princeps extraneus in meo possideat*, extra res et personas principi subiectas, leges et iurisdictio erunt non entia: frustra igitur vti omnes leges ita et solennia, siue subditos stringant, (*qualis et ipse princeps extraneus est* in regula si vel meum territorium transeat), siue res, siue, quod *SANDIVS* lepide addit, dispositiones, praescriberentur personis et rebus extra territorium, nempe quae tuam Maiestatem non agnouere, nec agnoscere possunt saluo iure sui Principis, *nisi hic in praedictum sui*, quod rarum erit, *consentiat*: hunc consensum monstrat *SANDIVS*, error priuatorum communis ius non constituit in Iure publico. Vox igitur huius iuris est, impera, sed in solos subditos et subditorum bona. *Rursus* cum testamenta Iure Naturae nulla sint, de quo nemo hucusque dubitet, nisi argumentis per-suasorijs agat quae *Theoph. Sam. TREVERVS* ¹⁾ dudum ludibrio publico exposuit; sicque pro imperio quaeque Maiestas sine fraude pacis

1) TREVER ad FVFFENDORFF. de O. H. et C.

pacis externae abrogare posset in sua republica, quid censeas cum SANDIO de exitu nostrae quaestionis? Irrita est alterius in mea iurisdictione, est executio ridicula quae iurisdictionem praecedat, imo *iniusta* Iure Gentium hoc casu in ius vocatio. Nam et Romano iure *L. vn. C. vbi de hered.* iudicium hereditatis possessorium *ad forum rei sitae* remittitur, id quod rursus iuris vniuersalis publici erat, licet lex arbitraria Romanorum aeternum obmutuerit. Et haec sufficiant, quibus BVRGVNDVM eruditum alias scriptorem clariorem reddam: cogenda fuit per rationem ratio.

V. Alia forte opus esset decisione, si fingas me de bonis meis condere testamentum secundum casum superiorem, sed in alio territorio vbi plures solennitates praescriptae sint: fac e. g. vbi bona sita, valeat vox principis, roga *sex* tantum vel pauciores testes domi eosque omnino, plures *si velis*; extra territorium sub alio principe vbi de illis bonis testor valeant solennia Romanorum, *septem* omnino testes rogandos esse: superflua non nocere, omnes omnes exclamabunt, valebit igitur testamentum sicque variabit sententia, nisi forte Sabinianus homo, qui ius strictum vrgeat, negauerit, verum esse quod in moralibus numerus septenarius comprehendat senarium: tu quid sentias? respondeo, secundum ea quae proponuntur permissio *si velis* rem decidit: sed hoc iam mox ago, ne *πρόσρῳα* scripsisse videar. Caue, ne mihi, (et doleo *Ant. SCHVLTINGIVM cit. loc.*) *L. 6. π. de iurif.* opponas, si hac ratione vt fit, et fit interdum in tribunalibus, ioceris: si hoc argumento bella moueas, parce precor, precor: hactenus neque laudo, neque vitupero.

II.

An Falcidia in legatis ad pias causas cesset vel obtineat, idque ex verbis Nou. CXXXI.

cap. 12.

A quo tempore iuri civili, iuri puta non opinionibus, operam dedi, dedi autem aliquantulum, nulla ex Iure contro- uerso viso me hucusque magis anxium et dubium habuit et in utramque partem torfit, quam illa ex Iure Nouissimo, an Fal- cidia in legatis ad pias causas obtineat: sed nec plane etiamnunc ausim contendere eam a me quaestionem intelligi *at* coacta ra- tione. Persuadeant id sibi vel aliis alii qui me sapere volunt re- ctius, negent vel affirmant: et nondum ex verbis IUSTINIA- NI et versionibus conuincor. Obstipum me, si tum uixissem, creasset PAGENSTECHER eo loco quem mox citabo, ubi creat alios, qui hactenus glossatoribus et foro non credunt sed ad solem meridianum coecutire malunt. Dicam tantum quid uideam, alii uiderint an recte: *dubitem unice de veritate deci- sionum.* Noui Pandectarum tempore Falcidiam siue heres mo- rator fuerit vel non in praestandis legatis, pertinuisse ad ea quae testator Deo post mortem suam reliquit teste *L. I. §. ad municipum, π. ad L. Falcid.* res certa est. Norunt et omnes legata ad captiuorum redemptionem iure Codicis *L. 49. §. 2. de Episc. et Cleric.* Falcidiae subiici, ubi ipse Imperator cautionem dat ad declinandam Falcidiam, ut ipsa pia causa vel curator vel Episcopus heredes scribantur, quo consilio opus non fuit, si quarta haec *ipso iure* in piis causis cessasset. Eo amplius con- sentiam gratis in eo quod *Theod. BALSAMON^{a)}* ex BASI- LIKON^{b)} scholiaste monuit, iuri Digestorum de dicta quarta *deroga-*

a) BALSAMON in Schol. ad Photii Nomocan. ad L. 1. §. 5. π. ad L. Fal- cid. adi. Iustelli et Voelli Bibl. I. can.

b) BASILICA Libr. XII, tit. 1. n. 3. ibique Scholien.

B

derogatum esse per Nou. 131. cap. 12. Hoc vero vnicum quaeritur, an generaliter Falcidia in his legatis per cit. Nou. cap. 12. abrogata fuerit.

I. Affirmat communis D. D. schola erroneae praxeos fecunda mater: infinitus est eorum numerus qui credunt, et vix epulas primas concoxeris quas nominavit *Ioan. a SANDE*:^{c)} fin vero, alia fercula et quotquot fere haberi possunt parata iam obtulit *Henr. Theod. PAGENSTECHER*^{d)} eaque, nosse debes, insperso aromate ex pandecta patris sui ex *Irnerio iniuria vapulante Goit. IV. §. 5.* quis non coeat et vna et velit. Nititur communis opinio haec praecipue inscriptione *Nou. 131. cap. 12.* quae non est a *IUSTINIANO*, et Auth. *similiter, C. ad L. Falcid.* ecce breuissimum partum Glossatoris, ait: *Similiter Falcidia cessat in his quae ad pias causas relicta sunt.* Nititur deinde bona fide non interrupta eorum qui forte vel nesciunt vel non legerunt id quod impium est in piis causis, quas tamen, et genuinas haecenus satis bene ex legibus restrinxit *PAGENSTECHER cit. diff. princ.* Sed quod maximum, nititur tandem a renata Iurisprudencia concatenatis praediudiciis, applausu non plebis vnice sed simul *Franc. BALDVINI*^{e)} et, cum nondum retractasset, ipsius *Iac. CUIACII*^{f)} Superpondium addit *PAGENSTECHER cit. loc.* et ait: *qui obrusum magis pectus gestat*, hunc argumento scholastico redigam in ordinem: *Omnis qui dicit substantiam relictam non sufficere legatis piis, Falcidiam perdit.* *Atqui heres iustus et iniustus vir id dicit:* Ergo plaudite: ergo in omni casu generaliter hic cessat quarta. Actum est de tota Iurisprudencia, ni hoc argumen-
tum

c) a SANDE *Decis. Cur. Fris. Libr. NII ad Sabinum, pag. 37. Lemgov. IV. tit. 7. def. 10.* 1725. 4.

d) *PAGENSTECHER Diff. spec. de L. Falcid. in leg. piis cessante, adi. Ei. Comment. ad Librum II. POMPO-*

e) *BALDVINVS Comment. ad L. Falcid. et in Iustiano b. l.*
f) *CUIACIVS ad Pauli R. S. Libr. IV. tit. 3. §. 3.*

tunt obstipum plane opprimat. Fecit tamen probe, necum certe praeficit, vt multo sim incertior quam antea.

II. Secessionem a communi illa opinione fecerunt, sed pauci, vt fit, vbi veritas tegitur. Negat, improbata priori, quod eruditi esset debet, sententia *Iac. CUIACIVS*^{g)} deinde *Franc. HOTMANN*^{h)} *Ioan. ROBERTVS*,ⁱ⁾ *Guil. FORNERIVS*,^{k)} *Hub. GIPHANIVS*,^{l)} *Franc. RAGVELLVS*^{m)} *Conr. RITTERSHVSIUS*,ⁿ⁾ *Ioan. a SANDE*^{o)} apposita re iudicata, *Ioan. Iac. WISSENBACH*^{p)} *Ant. SCHVLTING*^{q)} et *Abr. WIELING*^{r)} prima plerique horum nomina et lumina in iure Romano: adde, si res tanti videatur, ex antiquioribus *FACHINAEVM*^{s)} ab aliis citatum, et ex recentioribus *I. H. BOEHMERVM*^{t)} et *G. F. DEINLIN*.^{u)} Superstructa est huius sectae opinio canae explanationi *Nou. cit.* quam dedit *Theod. BALSAMON*^{v)} Patriarcha Antiochenus et ait: ἐν ἀδιαζήτητος ἀΦαλμιδίωτα δίδοντα, τὰ εἰς εὐσεβεῖς ἀπίας καταλειφθέντα: ἀλλ' εἰ μὲν ΚΑΙΡΟΠΡΑΓΜΟΝΗΣΕΙ ὁ κληρονόμος περὶ τὴν δόσω τῶ ληγατευθέντος, ἀπόλλυσι τὸν ἀνήμοντα τῶτω Φαλμιδίον, καὶ δίδωσι τὰ ληγατευθέντα, ὡς ἡ Νεαρά Φησὶν. Ἐὶ δὲ ΕΥΓΝΟΜΟΝΗΣΕΙ περὶ τὴν δόσω τῶτων, λαμβάνει ΤΟΝ ΑΝΗΚΟΝΤΑ αὐτῶ Φαλμιδίου.

B 2

διον:

- g) Idem ad *Nou. CXXI.*
 h) HOTMANN *Obs. Libr. 5. cap. 4.*
 i) ROBERTVS *rec. Lect. Libr. I. cap. 15.*
 k) FORNERIVS *Select. Libr. II. cap. 25.*
 l) GIPHANIVS ad *L. 7. C. ad L. Falcid.*
 m) RAGVELLVS *Comment. ad Constit. et Decis. Iustiniani in L. 49. C. de Episc. Paris. 1610. 4.*
 n) RITTERSHVSIUS ad *Nouell. VI. 5. 31. et VI. 14. 11.*
 o) a SANDE *cit. loc.*
 p) WISSENBACH ad. π. *Vol. II. disp. 7. th. 20. et Sylloge error. Irnerii, th. 21.*
 q) SCHVLTING ad *Pauli R. S. Libr. IV. tit. 3. §. 3.*
 r) WIELING *Lect. iur. civ. Libr. II. cap. 31. pag. 251.*
 s) FACHINAEVS *Libr. V. con. trov. 17.*
 t) BOEHMER *Diff. de priuil. piar. caus. genuin. et spur.*
 u) DEINLIN *Diff. Spec. de Lege Falcid. in Leg. ad pias caus. Alt. 1737.*
 v) BALSAMON. *cit. loc.*

diov: verito: *Non INDISTINCTE sine detractioe Falcidia-
 dantur ea quae in pias causas relicta sunt. Sed si quidem TEM-
 PVS PROTRAHAT heres in datione eius quod legatum est,
 amittit COMPETENTEM sibi Falcidiam, et dat legata quem-
 admodum Nouella dicit. Sin autem DEVOTVS sit et NON
 CONTVMAX (vide de sensu huius verbi in media Graecia
 CUIACIVM ad Nou. I.) in datione illorum, accipit COMPE-
 TENTEM SIBI Falcidiam. Addit Abr. WIELING ^{w)}),
 quod mihi tamen non aequè arridet, argumentum aliud ab in-
 ficiatione ex *Constant* HARMENOPYLO, ^{x)} quod, vbi de le-
 gato pio ex professo egerat, cessantis Falcidiae ne verbulo qui-
 dem meminerit. Hic opponi praeuideo, BALSAMON et
 HARMENOPYLVVS, forte quia graeci, in interpretandis No-
 uellis tantum non intellexerunt nempe in hac controuersia,
 quantum *Couarruias, Papa, Viuius* etc. quos a SANDE citauit,
 nec eam auctoritatem in foro habent qualem TIRAQVELLVVS,
 STRYK etc. apud PAGENSTECHE RV M nominati: placet
 igitur aliis et nobis vt ex ipsa lectione Nouellarum, *vel* authen-
 tica et graeca IVSTINIANI, vel ex latina versione antiqua illa
 et barbara (quam accuratioris causa, nam per totum ab antiquo
 accuratissima fuit credita, Irnerius et forum recepit) tota con-
 trouersa decidatur. Nec tamen reiecero versiones alias, opti-
 mam illam et antiquissimam IVLIANI et quicquid recentio-
 res HALOANDER, AGYLAEVVS, SCRIMGER, RV-
 SARDVS, CONTIVS alii et nuper HOMBERGIVS ex
 graeco bene vel traduxerunt vel emendarunt, modo in hac
 quaestione quid prodesse potuerint. Recte enim iam et tribu-
 nalia nostra graeca salutant, exemplis edocti, fallere barbaram
 illam versionem: atqui Iustiniani leges in foro recepimus, mul-
 ta vero praestantur ex graecis, quae barbarus vel omnino non
 vel male traduxerat.*

His

w) WIELING *cit. loc.*x) HARMENOPYLVVS *Προξ. Libr. V. tit. vlt. de leg. pio.*

His igitur positis, ita cum reliquis omnibus ex verbis ipsius *cit. Nou.* concludit *Conr. RITTERSHVSIUS cit. loc.* Cum *Falcidia* tunc demum *vacare* debeat, si heres dicat per mendacium *hereditatem ad legata pia non sufficere, cum tamen sufficiat, ex eo satis intelligitur, in Regula locum esse Falcidiae.* Dubitem, an ex eo solo, nisi vitulo *BALSAMONIS* arassent, distinctio aliqua eluceat. Urgeo hoc *unicum*, monstra in graecis siue latinis vocem *per quam* mendax vel iustus, morator vel non morator, impie auarus vel probus designetur, ut tunc distinguatur ad effectum *Falcidiae* cessantis vel non; conclamo et conuincerer coacta ratione, si hoc praestitum fuerit hactenus. *BALSAMON* distinctionem forte vidit ibi lego: ego distinctionem in ipsa lege monstrari velim, si *BALSAMON* tacuisset. Ecce graeca verba *Nou. nostrae et Cap. XII.* Ἐὶ δὲ ὁ κληρονόμος τὰ εἰς εὐσεβεῖς αἰτίας καταλελειμμένα μὴ πληρώσει, λέγων, τὴν καταλειφθεῖσαν αὐτῷ περισίαν μὴ ἀρκεῖν εἰς τούτους κείμενον, παντὸς τῶ ἐν τῷ Φαλιδία κέρδες σχολάζοντος, ὅσον δήποτε εὐρεθῆι ἐν τῇ αὐτῇ ἑστία, προχωρεῖν προνοία τῶ ἀγιοτάτε τῶν τόπων ἐπισκόπῃ εἰς τὰς αἰτίας, εἰς ἃς καταλέλειπται. En veterem versionem κατὰ πόδα! nullo nouo sensu: Si autem heres quae ad pias causas relicta sunt non impleuerit, dicens, relictam sibi substantiam non sufficere ad ista: praecipimus, omni *Falcidia* vacante, quicquid inuenitur in tali substantia, proficere prouisione sanctissimi locorum *Episcopi* ad causas quibus relictum est: Ecce *IULIANI* epitomen quoad sensum: Si dixerit heres, substantiam a testatore derelictam ad impensas pias non sufficere: cessante lege *Falcidia*, ea quae relicta sunt, impendantur in illas causas, quas testator *VOLVIT*, cura scilicet et diligentia locorum *Episcopi*: sed neque alium sensum exsculpunt ex verbis graecis recentiores et nuperrime *HOMBERG*, quid igitur iuuat describere, eadem vbique verba quae in authentica et in latina lectione inueniuntur.

Nihil hucusque intelligo: potius, cum iam *Nou. I. cap. I. §. 2.* verbis: *iubemus scriptum heredem, qui non implet quod praecipitur, priuari omnibus relictis, nihil per Falcidiam vel aliam causam praecipere valentem*, certissime moratori Falcidiam eripiat; quid igitur opus erat repetere vel extendere vni- ce ad piam causam quod diu ante iuris generalis et communis fuerat? Rursus attendas maxime: *Nou. 131. cap. praec. 11.* ita disponit, *si heres iussus legatum piae causae solvere, distulerit* (ergo morator sit) *quae disposita sunt adimplere, eum omni lu- cro priuari*: atqui si et *sequ. cap. 12.* idem rursus de moratore disponat, nihil opus vel vno vel altero capite, quia alterutrum idem satis constituerit: praxis tamen vel ex *cap. 11.* discere de- bebat, Falcidiam *omnino non cessare* in legatis ad pias causas, exceptio erat *nisi distulerit*.

III. Et iam tempus est, ut *primus* et de plano pronun- ciam *BALSAMONEM* *cit. loc. non cap. 12.* quod tractamus, sed vni- ce *cap. 11.* ante oculos habuisse, conseras, quaeso, vtrum- que locum et consenties. Deferenda igitur plane est *BAL- SAMONIS* distinctio *in cap. 12?* ita sane est: ergo et omnium illorum qui ex *BALSAMONIS* distinctioe contra vulgus Doctorum *cap. 12.* adiuuant? dixi: vera igitur tandem erit com- munis opinio? omnium minime: regula sit ex *cap. 11.* *Fal- cidia detrahatur a piis causis, nisi heres distulerit*, legant hoc caput et relegant quorum interest, qui verbis Iustiniani hactenus abutuntur: ad rem. Ait Imperator *cap. 12.* si heres *non impleat*, atqui, qui non implet quod debuit ex voluntate testa- toris, voluit et non implere in detrimentum piae causae, ta- lis est contumax et priuandus tota hereditate, quis enim nega- uerit, non factum et omissionem imputari posse humanae voluntati? *Contra* qui implet, non sane est contumax, ergo vi oppositorum, quod argumentum valet in L.L. edictalibus, here- ditate non priuatur, sed detrahit Falcidiam. Obstupefco igitur et ab *altera* parte, cur communis opinio et praecipue *PAGEN- STECHER*

STECHEER *cit. loc.* fingere possunt, quasi scriptum sit ita: *si heres quae ad pias causas relicta sunt non impleuerit*, comprehendi volunt *vel impleuerit, dicens*, volunt et hic subintellectum *non dicens, relictam sibi substantiam non sufficere ad ista*: Praecipimus, *omni Falcidia vacante, quicquid inuenitur in tali substantia proficere ad causas pias* etc. his verbis non negatur id, Falcidiam vnice non detrahi, imo potius totam hereditatem transferri *cum omni lucro* et piae causae adiudicandam esse. *His omnibus tandem in vnum contractis*, video demum rem procinus neque distinctione inter morosum et non morosum ex BALSAMONE transigi posse, *eoque minus sine distinctione*, vt credamus ex more maiorum axioma esse, *Falcidiam non detrahi a legatis ad pias causas*. Iudica si homo es et si bonam fidem in me agnoscas, an recte hucusque *dubita-uerim*, quod ab initio dixi, *de veritate et decisione vtriusque sententiae*.

IV. Dicam primus quid mihi videatur circa sensum *Nou. 131. cap. 12.* Permiserat IUSTINIANVS *Nou. I. cap. 2. §. 2.* vt verbis sed expressissimis Falcidia in omnibus legatis a testatore prohiberi possit: an vero per aequipollentia ex tacita voluntate e. g. per verba, *solida dabis, integra praestabis?* et nunquam putauerim, licet CUIACIUS, RITTERSHVSIUS, GVDELINVS hi *ad Nouellas* et centum alii rem affirmarint. Verba haec lego, *si EXPRESSIM designauerit testator, NON VOLO heredem retinere Falcidiam*: verbis igitur inhaereo more Sabinianorum et scripto, rationes et equitatem nullam contra ius scriptum admitto, sunt imo et leges prouinciales Germaniae quae mecum faciunt, vide *Decif. Sax. 43.* et hoc probo, scripto conuenit. Quid si vero post *Nou. I.* mutatio occurreret in piis causis, scilicet, vt in his *vnice* Falcidia aequae cesset per voluntatem testatoris expressam *nec non tacitam?* Ita mihi quidem videtur et probo. Ecce iterum verba legis: *Si autem heres quae ad pias causas relicta sunt non imple-*

impleuerit, (scio vocabulum *πληρώσει* implebit, complebit interdum vertitur, iam alias in Nouellis idem praestare quod ex voluntate testatoris solidum dare et monstrarem, sed ne sic quidem volo) *dicens, relictam sibi substantiam* (totam hereditatem) *non sufficere ad ista: praecipimus, omni Falcidia cessante, quicquid inuenitur in tali substantia, proficere* (transire) *prouisione sanctissimi locorum Episcopi ad causas, quibus relictum est, quaero quantum? repetere ἀπό κωνῶν ex prioribus quibus relictum est quicquid inuenitur in tali substantia* et tota hereditate. Graeca magis expressa sunt *εις ὅς καταλέλειπται* quantum? repetere et hic *ἀπό κωνῶν* eadem ut in latinis ratione superiora, *ὅσον δῆποτε εὐρεθείη ἐν τῇ αὐτῇ ὁσίᾳ* in quas relictum est, *quantum uidelicet* (omnino) *inuentum fuerit in ea hereditate.* Quid iam vides? non vro, non feco, nihil addo, nihil detraho, neque graecis neque latinis, olfeci vnice sensum *IVSTINIANI* genuinum. Ecce casum: *TITIVS* qui *CLXXX.* in bonis habet testamento ita vnice legat, Ecclesiae ad *S. Sophiam CC.* do lego integra et solida (nullo alio extraneo legato adiecto): Heres non vult implere voluntatem testatoris vel non implet, causatus detractionem Falcidiae valituram, quia expresse non sit prohibita, vrget forte et alia. Constituit Imperator, legata quae integra in piis causis testator dari voluit, vel ad totam hereditatis quantitatem non subiacere Falcidiae, sed sic intelligi, ut data transire debeant in piis causas, in quas relictum est tota quantitas hereditatis vel legata solida. Regula igitur adhuc valeat: *Falcidia detrahatur a piis causis*, nisi ut in aliis legatis expresse prohibeatur, vel casus existat secundum sensum *Nou. 131. cap. 12.* sapienti fat, et sic hucusque in foro viximus?

V. Nondum dimitto legata ad piis causas: pace adhuc opus est inter *Bened. CARPZOVIUM Iprud. for. Part. III. Const. I. def. 17.* et *PAGENSTECHEVM cit. diff. pag. 161.* Putat *CARPZ.* praeeunte Glossa ad *Aurb. Similiter C. ad L. Falcid.* pro-

prohibitionem Falcidiae in pia causa, posito nempe quod vsu fori hic semper cesset, nocere soli heredi non vero et aliis legatariis non priuilegiatis: e. g. TITIVS qui CC in bonis habet ita testatur, CAIVS heres esto, MAEVIO C lego, piae causae reliqua C do lego. Pronunciat hic CARPZ. praeeunte, vt dixi, Glossa, CAIVM heredem, exsoluto legato C ad piam causam, MAEVIO non L detrahere (nempe XXV ex persona piae causae et alia XXV MAEVIO ex eius persona) sed XXV vnice: et recte. Adicit in re controuersa rem iudicatam his verbis: ita Domini in causa Iosiae Gutweins zu Leipzig M. Octobr. 1631. verb. sent. So seyn die in gedachtem Testament eingesezte Erben angeregten vierten Theil, so zu Recht Falcidia genannt an den Stipendiaten-Geldern gänglich zu entzihen schuldig, und es mögen die andern Legatarii von den Ihrigen etwas dazugeben, oder ihnen beschwigen an ihren Legatis abfürzen zu lassen, nicht angehalten werden. B. R. W. PAGENSTECHER *cit. loc.* cum vel integram sententiam non perlegerit vel CARPZ. mentem non peruiderit, more igitur adabatarum pugnat et iurat Iouem lapidem XXV vnice esse detrahenda MAEVIO: quasi alia mens fuisset CARPZOVIO. Similis mihi videtur PAGENSTECHER GRASWINCKELIO et A FELDEN quorum alter pro GROTTII *Iure B. et P.* alter contra GROTTIVM pugnat, cum plerumque vterque ex iis GROTTII mentem nequidem attigerit. Noster mentem Cz. perdiscere poterat statim ex altero praeiudicio, quod priori quidem, vt ille putat, non contrarium, sed plane diuersum est: habetur *Def. sequ.* his verbis: ita Domini in causa GREGORII Oesterreichens zu Weiffensfels M. Ian. 1632. verb. sent. So werden vor allen Dingen die Legata ad pias causas vollständig entrichtet. Würde nun nach deren Bezahlung etwas übrig verbleiben, so wären die eingesezte Erben ihren vierten Theil, so in Rechten Falcidia genannt wird, davon abzufürzen befugt, und den Rest möchten also dann die andern Legatarii

C

pro

pro rata unter sich vertheilen. **B. N. W.** cesso hic, nascitur alias historia. Si iura exaudiremus, regulariter Falcidia a legatis piis detrahitur, siue sola legatum acceperit siue ex eodem testamento cum aliis personis: an recte probauerim, quod debui, id vero cogitent alii, tantum esto.

III.

An pignus conualescat, si verus dominus oppignoranti non domino succedat.

Fateor et ipse, nullam esse spem pacis inter *L. 2. et 3. π. de Off. Procons.* et *L. 17. §. 1. π. de manum. vind.* licet nuper adhuc extremum tentauerit *Abr. WIELING*^{a)}: rursus fateor, nullam esse concordiam inter *L. 15. π. de test.* et *L. 20. §. 3. π. qui testam. fac. poss.* licet *Ioan. Guil. MARCKART*^{b)} omnem lapidem mouerit: tertium in his mea quidem opinione in digestis nondum deprehendi et ignoscet, qui me conuicerit, si bona fide fefellerit. Corpus fingere antinomicum vel promittere Bartoli erat, nostri certe saeculi esse non debet: antinominas dissimulare nimis verecundum putaueris: simulare illas nimis inciuile videtur. Quicquid horum sit, discordia omnino, *obstantiam* dicunt barbari, a primordiis fuisse creditur inter *L. 41. π. de pign. act.* et *L. 22. π. de pign. et hyp.* et videamus.

I. Iuris Romani, non interpretum vt quidam scribunt, definitio est, *pignus rei alienae non valere*, conualescit tamen ad effectum hypothecariae utilis, si non dominus qui oppignorauit eiusdem rei dominium nanciscatur *L. 41. pr. π. de pign. act. L. 5. C. si res al. pign.* cum enim iam haec tria concurrant, licet ab initio pignus in eius bonis non fuerit, quod sit debitor, quod nunc sit dominus, et quod ipse conuenerit de pignore; improbe

a) *WIELING* *Leß. I. cin. Libr. 1.*
cap. 5.

b) *MARCKART. Rec. lect. b. cap.*
pag. 22.

improbe resistit, quo minus teneatur vtili saltem actione, neque de hac regula multum controuersiae esse videmus, dissentiebat *Iac. CVIACIVS* et eius auditor *Petr. FABER*^{c)}: bonum vero factum! quod *Hub. GIPHANIVS*^{d)} praeceptorem et condiscipulum in viam reduxerit. Finge vero: *SEMPRONIVS* mutuo dat *TITIO* centum, *TITIVS* in securitatem huius debiti pignori dat *SEMPRONIO* fundum qui *CAII* est sed *CAIO* inconsulto: moritur *TITIVS* *CAIO* herede relicto; quaeritur, an et hoc casu pignus conualescat, vt *SEMPRONIVS* hypothecariam ordinariam vel saltem vtilem ex aequitate contra *CAIVM* verum dominum, iam heredem *TITII* instituire possit? Et negare videtur vtramque actionem directam et vtilem *IUSTINIANVS L. 41. loc. cit.* mox tamen *L. 22. cit. loc.* creditori vtilem hypothecariam concedit, inuita maxime, vt putant, prioris Constitutionis dispositione. Ait *L. 41. π. de pign. act.* *Si ego TITIO, qui rem meam obligauerat SINE MEA VOLVNTATE, heres extitero; pignoris persecutio non est concedenda creditori. Neque vtiqve sufficit ad competendam vtilem pignoratitiam actionem, eundem esse dominum, qui etiam pecuniam debet.* Contra *L. 22. π. de pign. et hyp.* Si *TITIO, qui rem meam IGNORANTE ME creditori suo pignori obligauerat, heres extitero, ex post facto pignus directo quidem non conualescit, sed VTILIS pignoratitia dabitur creditori.* Manifestissimam in his fragmentis antinomiali occurrere censuerunt *Andr. ALCIATVS*^{e)} *Franc. DVARENVS*^{f)}, *Franc. HOTMANN*^{g)}, *Iac. CVIACIVS*^{h)}, *Lud. CHARONDAS*ⁱ⁾, *Lud. RVSSARDVS*^{k)},
C 2
Iul.

c) FABER *Semestr. Libr. II. cap. 17.*g) HOTMANN *Obs. Libr. V. cap.*d) GIPHANIVS ad *L. 2. C. de res. al. pign. pag. 338.*h) CVIACIVS *Obs. Libr. XIX. cap.*e) ALCIATVS *Parerg. Libr. VII. cap. 14.*i) CHARONDAS *lib. 1. cap. 20.*f) DVARENVS *Disp. annu. Libr. II. cap. 4. et ad Tit. de pign. act. Cap. VII.*k) RVSSARDVS in *marq. ad has LL.*

*Iul. PACIVS*¹⁾, *Ant. FABER*^{m)}, *Hub. GIPHANIVS*ⁿ⁾, *Reinh. BACHOVIVS*^{o)}, *Bern. Henr. REINOLD*^{p)}, et plures alii, quos longo ordine recensent *Dionys. GOTHOFREDVS*^{q)} et *Ioan. Iac. WISSENBACH*^{r)} quorundam etiam in his desperationes: et horum multi conciliare tentant, quisque vero alia atque alia ratione.

II. Sunt qui antinomiam deprecantur fere, sed nec ii eadem via incedunt. *Aliam* ingrediuntur cum *Franc. BALDWINO*^{s)} *Hug. DONELLVS*^{ss)}, *Franc. CONNANVS*^{t)}, *Gerh. NOOD*^{u)}, et *Abr. WIELING*^{v)}. Rursus *aliam*, ex pluribus ab *Accursio* propositis viis elabendi, eligunt *Petr. FABER*^{w)}, *Herm. VVLTEIVS*^{x)}, *Hier. TREVTLER*^{y)}, *S. H. van. IDSINGA*^{z)} et cum his *Ioan. Theoph. HEINECCIUS*^{a)}. *Singulares* vero sunt explicationes *Ioan. ROBERTI*^{b)}, *altera Gabr. MVDAEI*^{c)}, *tertia*, ex *Boceri Tr. de pign. Marc. LYCLAMAE*^{d)} et *ultima Dominic. ARVMAEI*^{e)}: hi vel ideo displicent, quia singularia sua ex legum verbis nondum probarunt. Optime omnium olim iam *Franc. Accursius* et *quinques* iterat suum *vel dic, vel dic* etc. elige quae placeat: sed

1) PACIVS *ibid.*

m) FABER *Coniect. Libr. XX. Cap. XII.*

n) GIPHANIVS *ad tit. Cod. si res al. pign. pag. 340. edit. Colon. 1614.*

o) BACHOV. *de pign. Libr. II. cap. 4. pag. 109. et ad Treutl. Tit. de pign. Thes. V. lit. A.*

p) REINOLD *Orat. de LL. inscript. §. 2. adi. Abr. WIELINGII Iprud. restit.*

q) GOTHOFREDVS *ad cit. L. L. r) WISSENBACH ad π. Disp. XXVII. §. 21.*

s) BALDWINVS *de pign. cap. XII.*
ss) DONELLVS *de pign. cap. VII.*
t) CONNANVS *C. I. C. Libr. IV. cap. 13. n. 9.*

u) NOOD *de form. emend. doli mali*

v) WIELING *Praetern. ad REINOLD cit. loc.*

w) FABER *Semestr. Libr. II. cap. 18.*

x) VVLTEIVS *Discept. scholast. Cap. XVII.*

y) TREVTLER *cit. loc.*

z) IDSINGA *Var. iur. ciu. Cap. XVI.*

a) HEINECCIUS *ad π. b. l.*

b) ROBERT *Rec. lect. Libr. I. cap. 2.*

c) MVDAEVS *ad L. I. π. de pign. gnor. n. 21.*

d) LYCLAMA *Membran. Libr. VI. ecl. 6.*

e) ARVMAEVS *ad π. Disp. XV. th. 6.*

fed quid faceret miser in his tenebris? Et tamen vnum est inter Accursiana felix fomnium, diuinando rem retigit, quam vellem veritatem quae vna est apprehendisset. Nube igitur opinionum obruimur, ast vt et vela contraham, plurimorum conciliationes vel auxilia eo redeunt.

III. **ALCIATVS**, vt fit, si nulla elabendi via occurrat, ad emendationem vel potius mutationem prorumpit, ignarus forte, correctionem, quae actionem legis tollit, Criticis omnino denegandam esse, emendationem, quae accidentalia et verba legum genuina et coeua restituit, nemo nisi iudex qui ignorata damnat, disluaferit, nisi et distinctionem inter emendationem et mutationem libelli in foro reiciat: non est igitur, vt **ALCIATVM** refutem, occidit eius partus in ipsis primordiis.

IV. **CVIACIVS** vniam ex *Accursianis* diuinationem secutus et post hunc alii distinguendum putant, vt scilicet **PAVLVS L. 41. de pign. act. de iure stricto** cuius alias tenacissimus fuerit, contra **MODESTINVS L. 22. π. de pign. et hyp.** **PAVLO** quippe iunior *vel de derogatione, vel de Iurisprudencia sui temporis, vbi responsum PAULI iam euiluerat, vel de aequitate ratiocinetur.* Opponit huic sententiae **VVLTEIVS cit. loc. pag. 165.** et ait: *dicam, vtramque istam legem esse IVSTINIANI, non PAULI, non MODESTINI: dicam etiam, illam vtramque ex tempore, non quod fuit ante IVSTINIANVM sed ex tempore quo vixit IVSTINIANVS et quod post infecutum est, aestimandum esse: recte hucusque pro Glossatorum faeculo, sed et vere dictum pro eruditione et vsu nostrorum tribunalium.* Vana crisis, longa illa Historia iuris, aeterna Antiquitas, desperata chronologia legum et quicquid in iure ex coeua ratione producitur; haec vero relinquenda sunt infauftis et infelicibus ingeniis, quae auream praxin et heroica curiarum facinora damnant. Sufficit, si casus **IVSTINIANI** e. g. in **L. 15. π. de donat. L. 100. π. de Condit.** et ad horum

horum exemplum *omnes omnes* grammatica vnice ratione interpretemur: Si nolit intelligi, vt nempe Grammatica non suffecerit, quaeratur casus in terminis terminantibus et ad hunc praecudicium aliquod *primae* licet instantiae, nempe per decretum Principis nondum confirmatum, idque ex sententia ipsius IUSTINIANI *L. 13. C. de sentent. et interlocut.* cur enim non credamus quod alii crediderunt. Tandem vero, rursus ex mente eiusdem Imperatoris *L. 1. C. de LL.* nempe si Grammatica aegrotet, praecudicium lateat, aequitas semper iuri a Maiestate promulgato, et vbi hoc non adsit principiis iusti praeferenda est (errant enim corruptores fori qui legi humanae *primum*, vbi desit haec Iuri Naturae *secundum*, *ultimum* autem locum aequitati dandum publice nunc et priuatim docent idque omnino in perniciem Maiestatum et subditorum): atqui illo ordine obseruato nullus vnquam dissensus a tempore BARTHII vsque ad nostra tempora in foro occurrit. Nego et pernego verum hodie esse, quod praecudicia cum casibus fortuitis et emtione aleae comparari debeant, modo dictus ordo per edictum principis iniungatur contra disputacia illa animalia, quae, quia forum nunquam viderunt, nec igitur apti sunt ad rempublicam, vbi more maiorum pacifici et semper iidem viri, ex formula iudicantes occurrunt. Apage elegantem quam dicunt et masculam Iurisprudentiam! nam et ipse CUIACIUS qui realistas spreuit non fuit practicus, mendacium est quod scribit THUANVS *Hist. Libr. 99. his: CUIACIO rara felicitate, quod vix aliis post mortem datur, contigit, vt viuus vidensque in foro ac subelliis, cum alii peculiari quisque nomine suo citentur, ipse per eminentiam Iurisconsulti nomine appellaretur*, alius enim homo est pragmaticus et Iureconsultus. Verissime igitur supra VULTEIUS, et haec est Iurisprudentia illa vera et vtilis, nam a Primoribus reipublicae vnice euocatur, probata est, non solum in praxi forensi et iudiciaria sed et ipsa consultatoria: fortuna haec grandire sinat!

auer-

maron

80

aueruncet hoc malum! vt ne imprudens aliquis princeps *vel* Aduocatos abroget, thetice enim sunt necessarij in Republica, *vel* ne locationem iurisdictionis et iustitiae tollere velit, id enim esset contra Ius Naturae, *vel* ne tandem linguam germanicam foro adimat, id est impossibile. Vere igitur VVLTEIUS, omnia hodie credimus sua fecit IUSTINIANVS, omnes leges faciles reliquit e. g. *L. 24. C. famil. ereise.* et sic veritatum fati. Concedere tamen debuerat VVLTEIUS, derogationem legum omnino etiam sensu IUSTINIANO admittendam esse, nisi *L. 28. π. de LL.* ex Constitutionibus Imperatoris eiciendam audeas: recti etiam iuris sensu *per L. 15. π. eod.* distinctio inter ius strictum et aequitatem admittenda est. Quod igitur ad CUIACII conciliationem, nihil admitto, sed ex alia ratione, non enim de eodem loquitur lex vtraque, sed de diuersissima visione: in diuersis ergo diuersae quoque iuris rationes obtineant necesse est.

V. Sunt alij *Gerh. NOOD* et ante hunc *Hub. GIPHANIVS*, qui *L. 41. π. de pign. act.* legem fugitiuam esse declarant, nempe a iuris architectis perperam collocatam sub tit. *de pign. act.* quae *personalis* est, inferendam potius fuisse sub tit. *de pign. et hyp.* cum loquatur de *hypothecaria reali*. Haec vero conciliandi via *καὶ ὅλα* iam a LAVTERBACHIO *Colleg. theor. pract. in Proleg. §. 4. n. 5.* at quanto viro! reiecta est voce edictali, et si dentur fugitiuae leges; (occurrant tamen necesse est, cum *Iac. CUIACIUS* in *Obseruat.* integrum Tractatum in hanc rem promiserit, nisi forte iterum mentitus sit) nostra tamen non est fugitiua: rem contra *NOODIVM* egregie dixit *IDSINGA cit. loc. pag. 145.* verbum non addo, cum nihil vrgear.

VI. Alia interpretum sententia, quae communis dicitur, eo redit, vtramque legem nempe in concordiam redigi posse, si *L. 41. de pign. act.* de actione hypothecaria reali, *L. 22 de pign.*

pign. et hyp. vero accipiat de pignoratitia contraria utili ex aequitate quae personalis est in heredem competens, ad id, scilicet ut heres hic pignus confirmet et iam suam rem pignori esse patiat, aut si nolit condemnetur, nam ius successoris aestimatur ex iure antecessoris actiue et passiue: et sunt in ea haeresi *Accursio* iterum diuinante, BALDVINVS, DONELLVS, CONNANVS et pro parte NOOD, WIELING *cit. locis* et alii. Haec vero opinio et transpositio nimis est temeraria, nec quicquam afferri video ab interpretibus, cur, cum *utrobique* mentio fiat *actionis pignoratitiae*, ea in vna lege de personali, at in altera de reali accipienda sit, sunt haec precaria, obstant et verba, *pignus directo non conualescit*, nempe ut hypothecaria directo iam non detur in dominum licet iam et heres sit: plura mecum opposuit VVLTEIVS *cit. loc. pag. 167.* et cum hoc VAN. IDSINGA *cit. loc. quos consulere licebit.*

VII. Securius vtique et rectum iter post *Accursum* tenere videntur P. FABER, VVLTEIVS, TREVTLER, IDSINGA, HEINECCIUS *cit. locis*, alii. Fatentur nullam hic subesse antinomiam, ergo nec conciliatione opus esse: fatentur etiam *utramque* legem de hypothecaria, quae realis est, accipiendam esse: diuersam autem esse visionem *L. 41. π. de pign. act.* quae de CONTRADICENTE et *L. 22. π. de pign. et hyp.* quae de IGNORANTE domino loquatur. Probarem protinus, modo secure probatum fuerit, verba *sine voluntate mea* hoc loco omnino de *contradicante* capienda: id enim, quod *sine mea voluntate* fit, *utramque* ferre, dicunt, interpretationem et ignorantis et contradicentis: id vero et ipse PEIR. FABER^f) fatetur, nec sufficit declaratio eiusdem, ut ista quae *aptior* et *commodior* videtur adhibeatur, tolero ego quidem, modo aliis suffecerit: de aptis et commodis apti et venusti, meo quidem sensu, non dubitauerint. Negat vero ARV-
MAEVS

f) FABER *Semestr. cit. loc. pag. 256. in f.*

MAEVS *cit. loc.* contradicunt alii, applauderent, si rationes decidendi eadem ex praeiudiciis approbatae apparerent: nisi forte optima sit decidendi ratio *Vlr.* HVBERI *prolixi esse non amamus*, id enim eruditum est prolixum esse in definitione pacti nudi? vel manes veterum contra FELDENIVM euocare in quaestione de numero specierum iuris in re? satis est. Singulares tandem ROBERTI, MVDAEI, LYCLAMAE et ARVMAEI fictiones non intelligo.

VIII. Quod ad rem: certum est, nullam sensu IVSTINIANO meliorem antinomiarum, si sint, conciliandarum rationem cum VVLTEIO esse arbitramur, quam est illa, quae ex ipsis contextuum verbis desumitur. Ait *L. 22. π. de pign. et hyp.* Si TITIO, qui rem meam IGNORANTE ME creditori suo pignori obligauerat heres extitero; ex post facto pignus directo quidem non conualescit, sed utilis pignoratitia dabitur creditori. Atqui ignorantia est absentia scientiae, adeo ut de ignorante recte dici possit fieri aliquid et *sine voluntate* sed et, notes velim, simul *sine voluntate*, philosophus rectius forte diceret sine volitione et nolitione. Datur vero hypothecaria aduersus possessorem rei quemuis, *excepto hic domino* id si de directa formula hypothecaria quaeratur: aequum tamen est, ut obliqua detur et utilis creditori contra ipsum dominum, dominus enim iam heres est, ubi vero scriptum heredem non obligari ex contractu defuncti? ex hoc agit, ex hoc conuenitur. Alius est casus in *L. 41. π. de pign. act.* et ait: Si ego TITIO, qui rem meam obligauerat SINE MEA VOLUNTATE, heres extitero: pignoris persecutio, directa nempe, non est concedenda creditori. Neque utique sufficit ad competendam VTILEM, ergo directa atque utilis negatur, pignoratitiam actionem eundem esse dominum, qui etiam pecuniam debet. Ait, *sine mea voluntate* id est me contradicente, elegantius me prote-

D

stante: atqui ARVMAEVS opponit, *verum et qui me ignorante obligat utique sine mea voluntate obligat*, (adde mi ARVMAEE alterum et simul sine mea noluntate) *nisi ex eventu voluntas domini aestimet, quae et in dissensam vergere potest*, (quasi sequatur quicquid sine mea voluntate fit, fit et sine mea noluntate, ergo qui vnice non vult pro ignorante habetur, superiora contule) *ut ex eo ius certum constitui non debeat vel possit*. Esto etiam: *sine mea voluntate potest accipi pro ignorante*, sit haec regula, sit, arrige aures. Ait L. 37. π. ad L. Jul. de adult. verba sunt: *Filius familias publico iudicio adulterrimum in uxorem, SINE VOLVNTATE PATRIS, arguere posse constitutum est: vindictam enim proprii doloris consequitur*. Concedam igitur tibi *sine voluntate patris esse ignorante patre*, ita iubes. Audi vero illam ipsam Constitutionem L. 6. §. 2. π. eod. en verba: *Diuis Hadrianus Rosiano Gemino rescripsit, et INVITO PATRE, filium hac lege reum facere posse*. Ergo quod *sine mea voluntate fit, fit et me inuito?* ita legitur. Aptissime et commode hunc locum excitauit Petr. FABER *cit. loc.* leptoten dixit hanc figuram, excitauit multa alia eiusmodi ex graecis et latinis, extra et intra penetralia Iurisprudentiae, addo eundem Petr. FABRVM^{g)} vbi probauit, verba, *non consentiente pro contradicente*, non pro ignorante, ut forte iterum vellet ARVMAEVS et alii. Sed cum ipse tamen videam, alibi *inuitum et ignorantem* nihilominus pro eodem accipi posse in L. 45. §. 5. π. de R. N; dubites adhuc, an FABRI argumentum, probante licet VVLTEIO, IDSINGA et aliis, ratione *coacta* contumacem subigat. Inuictum vero est, et cogit utique LEO^{h)}, vbi L. 41. π. de pign. aff. ita vertitur: *Εάν αλλότριον ἐνεχυράσας κληρονομήσω τὸ κτῆνος αὐτῆ. ἀρμόζει τῷ δαδαιεῖσῃ βῆλια περὶ τῆ ἐνεχύρος ἀγωγῆ. εἰ δὲ ἐγὼ κληρονομήσω τῆ*
 ΠΑΡΑ

g) FABER *Semestr. Libr. II. cap. 21. pag. 279.*

h) LEO *Basil. Libr. XXV. tit. 1. pag. 19.*

ΠΑΡΑ ΓΝΩΜΗΝ ΜΟΥ τὸ πρῶγμα μὲ ἐνεχρυσάσωντος, ἔχ ἀρ-
 μόζει: Si, cum alienam rem obligauerim heres extitero domina-
 eius, competit creditori utilis pignoratitia actio. Sin autem ego
 heres extitero eius qui CONTRA MEAM VOLVNTATEM
 rem meam obligauerat, non competit: en igitur casum leg. cit.
 et quod omnino de contradicente, neutiquam de ignorante,
 capienda sit. Nondum tamen vicimus, graeca forte in foro
 non leguntur, neque recepta sunt: audio: eiiciantur igitur Ius
 Naturae, dialectica, Codex THEODOSIANVS fons IVSTI-
 NIANEI, fragmenta Anteiustiniana, breui, sana ratio? et
 quicquid ad artem hermenevticam pertinet? nihil horum suum
 fecerit IVSTINIANVS in eruditione? nihil igitur horum
 vtile sit in foro? et iudicanti? Quapropter ultra tandem pro-
 gredi cogor, ne obdormiam ad elegantes oppositiones, et,
 si liceat, ita cenfeo.

IX. Ait L. 41. π. de pign. et hyp. non est concedenda
 actio creditori nequidem utilis contra me verum dominum iam
 licet heredem, quia rem meam pignori accepit a non domino
 sine mea voluntate: additur in continenti, sed si CONVENIS-
 SET de pignore dominus, vt ex suo mendacio, replicatione
 doli mali, arguatur, improbe resistit, quominus utilis actio
 moueatur. Atqui SI CONVENIT dominus, fiat id, si iura
 calles, vel consentiendo in oppignorationem suae rei, vel eam
 ratam habendo per L. 20. pr. de pign. act. vel tacendo in frau-
 dem creditoris, cum sciret oppignorari: sic vero consentiens,
 ratum habens et tacens, quilibet igitur horum est sciens et pro-
 bans: ergo in priori, quia etiam est oppositum thema, non
 probans et non consentiens, non ratum habens, non tacens:
 sed, argumento ab opposito (hoc certissime loco vi ipsius con-
 textus) protestans, dissentiens, contradicens. Ignorans ne-
 que consentit neque dissentit, neque ratum habet neque con-

tra, neque tacet neque loquitur: haec haecenus vi fauae ratio-
nis. Nec est igitur, vt cum *Plr. HVBERO cit. loc.* acquita-
tem *L. 22. π. de pign. et hyp.* in foro *L. 41. π. de pign. act.*
praeferamus: valeat vtraque, quia diuerfa continent, licet nemo
vnus hodie dixerit, formulam directam et vtilem hypotheca-
riam diuersitatem quod ad vsum introducendam esse: nesciuerit
id et ipse suo tempore *IUSTINIANVS*, hunc recepimus.
Rem iudicaram, vel potius praecudicium, quod *CVIACIVS*,
non intellexerit vel rideat, malus homo! nullum haecenus
inueni.

IV.

A quo momento depositum irregulare fiat.

Ignoscat *B. Sam. STRYK*^{a)} et ignoscet, vbi demonstrauero,
lapsum esse virum duntaxat bonum in vnica quaestione iu-
ris et leuissima, de deposito quod Glossatores *irregulare* nun-
cupabant. Retractarunt veteres *ICi* vbi errauerant, de qui-
bus vide *I. S. BRVNQVELLM*^{b)}: retractauit *Iac. CVIA-
CIVS*, cuius in hac re sapientiam contra *Edm. MERIL-
LIVM*^{c)} logicis et masculis rationibus defendit *Aurel.
OSIVS*^{d)} vel potius *Ioan. ORRIVS*: retractare igitur et
noster poterat. Fingit *STRYK cit. loc.* et fingit alios casus
quam *IUSTINIANVS* permiserit in ea quaestione, *a quo
momento periculum in depositarium transeat, si de vsu rei depo-
sita conuenerit.* Concedo forte, dubiam futuram esse decisio-
nem,

a) *STRYK* in *C. C. II. 3. 9.* et in
Interess. controu. Cap. X. §. 27. et ad
Lauterb. b. l. v. statim.

b) *BRVNQVELL* *Diatr. de retra-
ctat. vet. ICtorum rec. c. n. G. A. IE-
NICHEN Lips. 1738. 4.*

c) *MERILLIVS* *Variat. ex CV-
IACIO.*

d) *OSIVS* *Disputat. ad MERIL-
LIVM. Eu. Otton. Tb. I. Tom. III.*

nem, si solam L. 1. §. 34. π. depos. exaudiamus: ait, si pecunia apud te ab initio hac lege deposita sit, ut si voluisses (posita nempe oblatione creditoris) videris, priusquam utaris, depositum teneberis. Simplex sane homo subsistere posset, an his verbis conuentio a deponente qui uti permittit, an a depositario qui rogat inceperit. Sed facta res est, et si omnino ita dubites, dubiam igitur legem ex ea quae clarior videatur et in π. antecessit explicabimus, adderem, si liceret, ex eiusdem VERTANI scilicet Libris ad Edictum, sed sint omnia IVSTINIANI. Ait vero L. 9. §. 9. π. de R. C. Deposui apud te decem, postea permisi tibi (roganti) vii. Nerua, Proculus, etiam antequam moucantur, condicere quasi mutua tibi haec posse aiunt. Et est verum, ut et Marcello videtur, animo enim coepit possidere: ergo transit periculum ad eum qui mutuum ROGAVIT et poterit ei condici, nempe ex mutuo, non actione depositi repeti: species igitur esto ex L. 9. §. 9. π. cit. loc.

I. Periculum in deposito transit in depositarium, a momento quo rogavit ut sit mutuum.

Sequitur diuersum thema L. 10. π. cod. et ait: Quod, si ab initio cum deponerem uti tibi (non roganti sed me offerente) si voles permiseris, creditam non esse (ergo ab oblatione non statim est mutuum) antequam mota sit: quoniam debituri non est certum: quod tamen certum erit a momento quo moueris: species ergo ex hac lege et L. 1. §. 34. π. depos. esto erit.

II. Periculum depositi si deponens offerat non prius transit in depositarium, nisi a momento motiones.

Licet vero praestare possem ut explicem an hic vel ubi interfit inter ea verba, si voles et si voluisses: nec non illud, vtrum tertius casus (si deponens depositario non roganti postea uti permittat)


mittat) tertiam decisionem habeat: imo an forte *quartus* (si depositarius ab initio rogavit) diuersus sit, cum verba *postea* et *ab initio* captari videam; in his tamen *plus ultra* nondum necessarium putauerim: plures duobus casibus nescire volunt systemata, et sic prudenti vel satis: dixi quod res est. Centenos recensere possem, qui regulam defendunt, in omnibus indistincte casibus opus esse ut pecunia moueatur, rursus multos alios, qui rogationem depositarii in altero casu accedere debere, vel non viderunt, vel negarunt: et nescio, annon *Iac. Frid. LVDOVICI* ó *μéγας* ad *π. b. l.* certus fuerit, ait: *aut conuentum ex postfacto demum ut utatur depositarius, et statim transit periculum, quia certum alterum pecunia uti velle, (ex rogatione imo haec voluntas eluceat) qui propterea animo possidere coepit.* Transeat periculum in *LVDOVICVM, si L. 9. §. 9. π. de R. C.* hanc distinctionis causam suppeditauerit. *Ohe! iam satis est.*



V I R O
P R A E N O B I L I S S I M O
D O M I N O R E S P O N D E N T I

S. P. D.

P R A E S E S.

 *F*allerer, si ex facto hac vice mercedem
a sapiente peterem, suffecerit, si illam
a sermone plebis, in cuius dentibus opi-
niones syluescunt, expectare liceat. Significau-
ras vero, expressa summi Patroni voluntate in-
iunctum Tibi fuisse, ut sub meo qualiquali praesi-
dio procederes: credere volui, et parui desiderio
Tuo, ecce opusculum! vicens horis compositum,
in quo tamen nihil forte noui vel probi inuenias,
nihil

nihil laudaueris nisi compilandi studium: dubitavi
vnicè diuersitate rationum quas exili meo iudicio
ab origine et causis repetii. Et excusabis puto,
si credas me ius priuatum hucusque paululum dedi-
dicisse. Malui ego aliud omnino et offerebam quae-
stiones ex publico iure vel aeterno illo vel arbitra-
rio Imperii, relinquis tamen conamina nostra aliis
ex commilitonibus, et consentio si ex Tua re non
fuerint. Age igitur, ascende mecum et virum Te
praesta: ego transactum Tibi iuris quinquennium
ex animo gratulor et laetor quod Tua Te fortuna
citius quam speraueras extraxerit. Rogabo
Deum vt Tuis studiis et officio nono sua gratia
assistat, et a Te Tuisque auerruncet si quid mali
aliquando impendat: vale et me ama. Dabam
Lipsiae die VIII. Mart. MDCCLIV.

✱ ✱ ✱ ✱ ✱






ULB Halle 3
004 527 305


VD18

SB







B.I.G.

Farbkarte #13

1754, 21.

EXERCITATIO IVRIDICA
 EXHIBENS
 QUESTIONES
 FORENSES
 QUAM
 CONSENSU
 ILLUSTRIS ICTORVM ORDINIS
 PRAESIDE
 DANNE GOTFRIDO SAMMET,
 AD DIEM XIII. MARTII MDCCLIV.
 LACIDO ERVDITORVM EXAMINI
 SVBMITTET
 RESPONDENS
 CHRISTOPHORVS PATSCHKE
 OBER - WÜNDSCH THVRINGVS.

L I P S I A E
 LITERIS LANGENHEMIAE

